



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicorvm, 1607

S. Menignvs Fvlo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

bauit, alios erudiuit, Christo linguam vicariam exhibuit, commissumq; sibi gregem rexit, & intra triennium pontificatus beata potitus pace, ad Dominum est translatus.

ANNOTATIO.

Huius acta Theophanes in historia sua complectitur, & Baronius Annali 8. multis locis refert. An est is cui Ioannes Euiratus inscriptis Limonarium seu pratum spirituale, & quem Photius in bibliotheca laudat? Ita C. Baronius affirmat, qui non pauca de hoc in Martyrol.

ss. Martii. S. MENIGNVS
FULLO.

*Menologi-
um &
Martyrol.
Rom. cod.
die.* **D**ecii Imperio sœua in Christianos exti-
tit tempestas. Qui Asiam prouinciam
procurabat, exitialis erat, & ingenio fe-
rocissimus. Ergo cum oram maritimam
obiret, quoscunque ibi ex Christi discipli-
nâ reperit, cæfos flagris, robore inclusos, o-
paco carceri mancipauit. Nocte appetente
omnes in vinculis simul in has voces eru-
perunt: Domine rex cœlestis, qui princi-
pem Apostolorum tuorum Petrum, olim
per angelū à vinculis & custodiâ per quiet-
em sine tumultu liberasti, nobis quoque
auxilium

auxilium præsta, & eripe nos ex his pedicis
& cœco carcere, vt & ij qui nomen tuum
contemnunt, intelligent, te solum Deum
& sempiternum esse Imperatorem. Hæc
illis precantibus, adstitit iudiciorum præses
Dominus, pulsisque tenebris, splendore
totum carcerem illustravit, illosque com-
pellauit: fidite, & ne formidate: ego enim
vobiscum sum: & repente vincula, non se-
cusac cera, defluxere, carcerque sponte pa-
tuit: Et Dominus adiecit: abite hinc, &
prædicate vbiique gentium potentiam me-
am, atque ita in cœlum rediit. Illi verò e-
gressi sunt ex carcere. Mane custodes om-
nes carcerem ingressi, cum salua signa por-
tae offenderent, neminem tamen intus cer-
nerent, egressi: O potentiam, exclamant,
Christus Nazarenus de nocte ingressus, o-
mnes vincitos nobis clam eduxit. Et erant
qui admirabundi obstupecserent, alii cu-
stodes irridebant. Hæc cum B. Menignus
audiret admiratione captus, cœpit & ipse
credere, & Christi amore inflammari: ful-
loniam enim exercebat, & cum labes ve-
stium olim ad flumen elueret, audiuit vo-
cem ad se deferri, Menigne ades, magnâ
te gratiâ beabo; territus voce & confusus,
paulo post prosecutus est opus: & vox de-

nuo

nuo aures eius circumsonat : Menigne ades, vt videoas thesaurum repositum iis qui diligunt nomē meum. Hic Menignus verbum non amplius adiecit, sed mox abiit, vestesque suo suās cūq; domino reddidit, & se comparauit ad prēsidis aduentum; qui cum post non multos dies ad eum locum venisset, & pro tribunali sedisset, auresque quiritantibus prēbuisset, recognouit etiam Imperatoris contra Christianam religionē edictū. Tum hic planè diuinus Menignus generosissimē in medium prosiliens, extortum ē manibus prætoris decretum in mille partes discerpit, pedibusq; proculcauit. Quod cum cernerent prætoris detrimi deteriores satellites, in terram prostratum, proculcatumque atrociter conciderunt. Ergo iam prope exanimato verbibus, præses de tribunali consurgens, O scelestum caput, inquit, qua fretus audaciā hoc designasti ? Et sanctus : Christo meo : Et præses : arripite hunc stolidum, contumacem , & refractarium , suspensumque equuleo laniate , & fodiāte assiducē , vt videamus , an Christus illum erēptū sit venturus , adeoque fœdē lacerarunt illum ungulis impii , vt intestina omnia per latera apparerent . Prætor interea velut theomach⁹ ,
semper

semper martyri patienti, Deoq; maledicta
ingerebat. Sed sanctus precabundus o-
mnia tolerabat, vltroq; tyranno insultabat.

Tunc præses in furorem actus, agite, in-
quit, digitos, qui Imperatoris decretum di-
scerpere ausi, detruncatos minutatim con-
cidi impero. E vestigio igitur articulos ad
vsque metacarpion resecant, qui pro san-
guine lacteum liquorem profudere. Re-
trusum dein in carcerem postero die in iu-
dicum adduxere. Sed S. martyr Christum
publicè professus, & imperatorem dete-
statis, præsidi etiam illudebat, cunctosque
in admirationem adduxit. Lata tandem ca-
pitis sententia est, vt gladio puniretur. cum
ad supplicii locum tenderet, secuta virum
prosecutaque lacrymis coniux, & ingens
hominum copia. In loco iam supplicii san-
ctus cum excelsus staret, populum ad fidem
cohortatus est, vxorem tutoribus commé-
dauit, & sacro sanctum caput ferendum
præbuit. Vbi miraculum ingens spectanti-
bus visum, nam, candidam columbam ex
ore sancti martyris in cœlum euolare vide-
runt, qui spectaculo perculsi omnes exclam-
arunt; Magnus profecto Deus Menigni,
quo populi clamore tota ciuitas contre-
muit, ita ut proconsul etiam trepidaret.

Sed

ne a.
s qui
ver-
biit,
idit,
; qui
cum
que
iam
onē
gnus
ex-
a in
cul-
de-
pro-
aci-
be-
. O
aciā
eo:
tu-
que
vi-
en-
vn-
ap-
h?
per

Sed vbi causam facti didicit, præcepit ut insepultus relinqueretur. Videbimus, inquit, an Deus illū suus sepultura dignatus sit; apposueruntque excubitores, qui sacros eius exuuias corporis custodirent. Sub noctis verò conticinium, germani illius omnibus custodibus somno sepultis, truncum corporis illius ad locum à S. Martyre desideratum transtulerunt, ipsi q; fratres somno ibidem correpti obdormierunt, vbi vni ex illis visus Martyr, capit is, inquit, mei quo Christum confessus sum, properandi studio obliti estis. Experrectus ille narravit aliis, quæ sibi à fratre dicta essent, & per densam noctem remensus iter, anceps quid faceret, hæsit; sed vbi ad locum in quo cœsus erat peruenit, illustre sidus super Martyris verticem apparuit. Accepto ergo capite gratulabundus ad fratres remeauit, quos porro progressuros prohibuit martyr, qui nobiles reliquias ibi reponi iussit; quod sit ad laudem Dei nostri, cui gloria in omnes æternitates, Amen

xvi. Martii. S. ANINAS ANACHORETA THAVMATEURGVS.
Hie